

Dissertatio medica inauguralis, de cynanche maligna : quam, annuente summo numine : ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Georgii Baird, S.S.T.P. Academiae Edinburgenae Praefecti : necnon amplissimi senatus academici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto : pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis / eruditorum examini subjicit Alexandro Ramsay, Chirurgus, Scoto-Britannus.

Contributors

Ramsay, Alexander, active 1802.
Baird, George Husband, 1761-1840.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebat Gulielmus Creech, Academiae typographus, 1802.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/nztery57>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA
 INAUGURALIS,
 DE
CYNANCHE MALIGNA,

ALEXANDER WILSON, M.D.
 M.D. 1840
 M.D. 1841
 M.D. 1842
 M.D. 1843
 M.D. 1844
 M.D. 1845
 M.D. 1846
 M.D. 1847
 M.D. 1848
 M.D. 1849
 M.D. 1850
 M.D. 1851
 M.D. 1852
 M.D. 1853
 M.D. 1854
 M.D. 1855
 M.D. 1856
 M.D. 1857
 M.D. 1858
 M.D. 1859
 M.D. 1860
 M.D. 1861
 M.D. 1862
 M.D. 1863
 M.D. 1864
 M.D. 1865
 M.D. 1866
 M.D. 1867
 M.D. 1868
 M.D. 1869
 M.D. 1870
 M.D. 1871
 M.D. 1872
 M.D. 1873
 M.D. 1874
 M.D. 1875
 M.D. 1876
 M.D. 1877
 M.D. 1878
 M.D. 1879
 M.D. 1880
 M.D. 1881
 M.D. 1882
 M.D. 1883
 M.D. 1884
 M.D. 1885
 M.D. 1886
 M.D. 1887
 M.D. 1888
 M.D. 1889
 M.D. 1890
 M.D. 1891
 M.D. 1892
 M.D. 1893
 M.D. 1894
 M.D. 1895
 M.D. 1896
 M.D. 1897
 M.D. 1898
 M.D. 1899
 M.D. 1900

DISSERTATIO MEDICA

IN AEGYPTO

17

CYNANCHE MALIGNA

18

ANNO 1802

Ex Aegypto Revocandi admodum Viri

D. GEORGI BARD. S.S.T.P.

DISSERTATIO MEDICA

RECENS

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu

Et Nobiles FACULTATIS MEDICAE Decreto

Pro Doctoris

CYNANCHE MALIGNA

SUBMISSIO IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

EXAMINATORUM EXAMINE SUBIIT

ALEXANDER RAMSAY, CHIRURGUS

PROFESSOR

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis

Edinburgi

EXCUDERAT WILHELMUS GRECH, ACADEMIE TYPOGRAPHUS

1802

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
CYNANCHE MALIGNA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ALEXANDER RAMSAY, CHIRURGUS,
SCOTO-BRITANNUS.

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

Edinburgi:

EXCUDEBAT GULIELMUS CREECH, ACADEMIÆ TYPOGRAPHUS;

1802.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCTORALIA

DE

SYMPLECTICIS

IN ACADEMIA

PHILOSOPHICA

BOHEMICA

DE GEORGIIS

IN ACADEMIA

PHILOSOPHICA

BOHEMICA

IN ACADEMIA

PHILOSOPHICA

BOHEMICA

DE SYMPLECTICIS

IN ACADEMIA

PHILOSOPHICA

BOHEMICA

DE

SYMPLECTICIS

IN ACADEMIA

PHILOSOPHICA

BOHEMICA

DE SYMPLECTICIS

IN ACADEMIA

PHILOSOPHICA

BOHEMICA

DE SYMPLECTICIS

IN ACADEMIA

PHILOSOPHICA

BOHEMICA

DE SYMPLECTICIS

VIRO AMPLISSIMO,
ATQUE INCORRUPTISSIMO,
JOANNI HILL, L. L. D.
IN ACADEMIA EDINENSI
LITT. HUM. PROFESSORI,
LINGUÆ LATINÆ, UBIQUE FERE LABANTIS,
PROPUGNATORI STRENUISSIMO,
RERUM ROMANARUM VETERUMQUE INSTITUTORUM
INTERPRETI FIDELI, ELEGANTISSIMO, FELICISSIMO,
JUVENTUTIS ACADEMICÆ
INSTITUTORI PRÆSTANTISSIMO,
AB ALUMNIS NUNQUAM NIMIS HONORANDO,
OMNIGENAS BONAS ARTES
INVENTAQUE HODIERNA,
QUOTQUOT GENERI HUMANO
USUI SUNT,
AMPLEXO,
INGENII ACUMINE, MORUMQUE SUAVITATE,
INSIGNI
CONSANGUINEIS PARITER ATQUE AMICIS CARISSIMO,
NUNQUAM NON DILIGENDO,
HUNC PRIMUM IN RE MEDICA LABOREM,
TESTIMONIUM PEREXIGUUM
SUMMÆ OBSERVANTIÆ,
D. D. C.QUE
ALEXANDER RAMSAY.

VINO AMERICO
ALCANTARA
JOHANNI WILHELMO
IN ACADEMIA MEDICA
LITTI. ANNO 1804

DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN PRIMA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN SECUNDA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN TERTIA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN QUARTA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN QUINTA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN SEXTA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN SEPTIMA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN OCTAVA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN NONA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN DECIMA PARTE

ALCANTARA
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN PRIMA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN SECUNDA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN TERTIA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN QUARTA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN QUINTA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN SEXTA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN SEPTIMA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN OCTAVA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN NONA PARTE
DE PRINCIPALIUS PARTIBUS
MATERIAE MEDICAE
IN DECIMA PARTE

ERRATA


In pag. 11. lin. 11. pro hic lege hinc

15. 5. post fecernentibus *in*ferre " ad statum naturalem
redeuntibus"

18. 18. post lingua *in*ferre minus

39. 3. pro detraharunt lege detrahunt

40. 5. pro maturis haud parcendum lege optime re-
stinguunt



Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
CYNANCHE MALIGNA.

ALEXANDRO RAMSAY AUCTORE.

OMNIUM morborum, quibus obnoxii sunt homines, nulli graviore sunt, vel medici opem magis postulant, quam contagiosi epidemici. Causa eorum per aëra tam late diffunditur, ut universum populum brevi pervadant, cursumque periculosum adeo celeriter absolvant, ut, nisi iis quam maturime occurratur, opem humanam omnino spernant.

CYNANCHE maligna, morbus, de quo pauca differturus sum, ex tempore quo primum in regionibus

A nibus

nibus Europæ australibus caput extulit, usque ad hunc diem, diversis annis temporibusque, et in diversis regionibus, variis sub formis atque nominibus grassata est. Interdum generi humano infestissimus, plurimos, præsertim autem infantes, e medio tollit, interdum lenior perpaucos vel nullos perimit. Verum in omni exemplo hujus morbi, quando epidemice dominatur, symptomata quædam ei propria, quamvis specie diversa, tamen adeo conspicua sunt, ut characterem ejus generalem designent, atque omnes ejus varietates ex eodem fonte derivatas demonstrant. Alii morbi epidemici a contagione pendentes typum admodum diversum induunt, annis, et anni temporibus, regionibusque diversis, ex causis obscuris. Certum et compertum est qualitates aëris tam manifestas, uti calor et frigus, siccitas et humiditas, quam quæ sensibus non obviæ sunt, modum quendam addere effluviis contagionem vehentibus, eademque in varias quasi fingere formas. Constitutiones quoque
hominum

hominum in eadem vel diversa regione, mor-
 resque in materiam contagiosam vim manifes-
 tam exerunt. Qualis sit naturæ, vel unde
 pendeat, omnino ignoratur. Quocirca muta-
 tiones, quas subit, qualitates aëris superaddi-
 tas, vel alias causas supra memoratas has effi-
 cientes, et modum operandi in corpus huma-
 num, explicare nescimus. Variolæ et mor-
 billi exempla varietatum supra dictarum lucu-
 lenta exhibent, quoniam modo sub forma sæ-
 vissima grassantur, putredine totius corporis
 ac gangræna locali citissime supervenientibus,
 modo sub forma lenissima, nullis putredinis
 vel gangrænæ signis stipata. In priore forma
 remedia quam maturrime ac felertissime ad-
 hibenda sunt, atque haud raro medici auxi-
 lium frustra petitur. Posterior fere nulla re-
 media postulat, et æger sæpe, rebus maxime
 adversis, ad bonam valetudinem brevi redit.
 In eodem epidemico, sub utraque forma, oc-
 currunt casus singuli a cæteris admodum di-
 versi, et quoad signa, et methodum medendi.

Ut in aliis, ita in hoc morbo, haud aliter res sese habet, ut postea ostendere conabor. Interdum enim adoritur sub forma lenissima, quando *scarlatina* audit, sine putredinis vel gangrænæ symptomatibus, vel ullo alio mali ominis indicio, cito et feliciter decedens, artemque medicam vix requirit; interdum sub gravissima, cum ulceribus faucium gangrænosis, et totius corporis ad putredinem proclivitate, operam medici solertis exigens, cujus peritia sæpe ægro misero nil prodest; atque hæc forma *cynanche maligna* a CULLENO nominata præ cæteris attentionem vindicat. Notas, quæ morbum designant, monstrare jam conabor. Hæ ordine, gradu, et numero, in casibus fere singulis, multum variant, modo tamen sequente cursu sæpissime peragunt.

HIS-

HISTORIA MORBI.

PRÆGRESSIS solitis pyrexiaë signis, cito accedunt dolor capitis atrox, cervicis rigiditas et dolor, languor, vertigo, animi dejectio et interdum defectio, jactatio totius corporis, molestia, et dolores fugaces; aliquando tuffis; nausea, anorexia et vomitus, quem mox excipit alvi profluvium, infantes præ cæteris infestans. Vires quoque multum sunt prostratæ; rubescunt et tumescunt facies et oculi, qui sæpe lacrymas effundunt, ut in morbillis. Interdum tamen facies pallet, et oculi languidi sunt et concavi. Faucibus mox inspectis, tonsillæ, partesque vicinæ, quantum conspici potest, usque ad imam pharyngem, profunde rubent tumentque. Accedit etiam deglutitio difficilis, rarius gravis, nec pro ratione signorum cæterorum, una cum caloris sensu; nonnunquam rubor et tumor faucium leviores sunt, et vix percipi possunt; et maculæ tantum

tum albidæ, margine ruboris vividi circumscriptæ, quæ abrafæ, ulcera fordida ejusdem magnitudinis latentia sæpe mali mores, postea ostendunt. Alias tumor adeo graviter urget, ut deglutationi et respirationi plurimum obstet. Quamvis faucium inflammatio interdum gravis interdum levis fit, maculæ supra dictæ albi vel cineritii coloris serpentes citius vel serius in faucibus reperiuntur.

PULSUS, vel ab ipso morbi initio, frequentes, plerumque debiles, pressuræ facile cedunt, aliquando tamen molles et pleni sunt, vel in juvenibus constitutione athletica præditis firmi, raro tamen adeo pleni, validi, et duri, ac in aliis phlegmasiis. Cutis primum calida vicissim ac frigida, perpetuo calida et arida fit; aliquando etiam frigida manet. Color linguæ, quæ initio ut plurimum in medio albescit, postea mutatur; apex, marginesque sæpe humidæ sunt et mundi. Sitis, sæpe vix extinguenda, plerumque urget; sæpius tamen, haud

haud adeo infestat ac in aliis morbis acutis. Urina plerumque decolor est, interdum parca est et profunde rubra; nullum fere cibi desiderium est, aliquando tamen appetitus non adeo dejicitur ac in aliis ejusmodi morbis: somnus fugit.

VOMITIO, alvique profluvium, quo die invaserunt, cessant; huic deinde sæpe succedit alvus astricta; haud raro tamen persistit cita alvus, quæ omnia signa graviora reddit, vires morbo præbet, viresque ægroti convellit, quem in maximum vitæ discrimen cito perducit. Indicia febrilia noctu intenduntur, ac mane sese remittunt, quod magis vel minus fit in singulis fere pyrexiaë exemplis. Ægrotans, qui adhuc noctes infomnes duxerat, nunc inter remissionem somno fruitur, qui raro vires recreat; deinde cutis sæpe humore tenui obducitur. Remissio matutina ac exacerbatio vespertina sæpe vix percipi possunt. Cerebri functiones haud raro maxime turbantur, ut

ex delirio patet, quod sæpe a primo febris impetu die interdum primo, sæpe secundo aliis symptomata sese adjungit, interdum sæpe remittit, noctuque rursus intenditur, una cum aliis febris signis. Nonnunquam adeo ægrum infestat, ut ex eo facile resuscitare potest, et etiam apta quæsitis responsa prompte reddit; per sæpe æger murrat, ac verbis inanibus utitur; alias vigilia perpetua, alias coma pessimi ominis indicium supervenit. Atque hæc sunt symptomata quæ per aliquot dies ægrum afficere solent.

SECUNDO morbi die, tertio sæpius, quinto interdum, vel etiam ferius, facies, collum, pectus, manus, et maxime digiti qui rigidi sunt, tumore quodam, et rubore profunde vivido, erisipelatis instar, afficiuntur. Dein papulæ exiguæ, ruberrimæ in maculas magis vel minus latas sæpe tandem coalescentes, pectus artusque præcipue occupantes, erumpunt.

Quo

Quo minus insignis est rubor, eo magis eminent.

HÆC eruptio per tres quatuorve dies restat, et desquamatione cuticulæ furfuracea finitur. Speciem omnino diversam in variis epidemicis, etiamque in singulis ejusdem casibus induit; alias enim papulæ confertissimæ alias parvæ sunt; modo maculis albidis, modo subfuscis vel lividis apparet. Interdum alternatim decedit reditque absque ulla causa manifesta, et sæpe symptomata non inde aggravantur. Aliquando tamen signa dira, eruptione subito decedente, subsequuta sunt. Nonnunquam vix percipi potest, vel omnino abest.

ERUPTIONE jam perfecta, levantur plerumque ægritudo, et circa præcordia anxietas, et interdum etiam cætera symptomata; et postea nonnunquam sanitas paulatim restituitur. Hic morbus raro tamen cursum adeo felicem absolvit; e contrario progreditur; glandulæ

B submaxillares

submaxillares tumescunt, etiamque totum col-
lum ad pectus usque; œdematosus sæpe hic
tumor est, et tactus dolet. Aliquando adeo
urget, ut spiritum ægro intercludere, laryn-
gem coarctando, minuetur, et magnitudine
fanguini per venas a cerebro redeunti obstet.
Unde spiritus ægre trahitur, vox vel sonum
alienum edit, vel nil significat, et sanguine in
vasis cerebri congesto, dolor capitis et delirium
intenduntur. Hic tumor externus faucibus
intus affectis ut plurimum respondet.

MORBO ita sub forma graviore progrediunte,
affectio faucium intus ingravescit, escharæ ex al-
bido, vel cineritio colore, quæ uvulam, tonsillas
partesque interpositas præcipue obsident, ad co-
lorem luteum, vel subfuscum vergunt, vel etiam
nigrescunt, ac undique serpunt. Interdum
fauces et linguæ basin adeo penitus afficiunt,
ut ventriculo aditum et pulmonibus plurimum
coarctet. Verumtamen sæpe facultas devo-
randi inde parum vel nihil læditur; simulque
anima

anima de qua brevi post morbi invasionem ipse conscius queritur, nunc adstantibus percipienda foetidissime olet; emanat etiam faecies ichorosa e faucibus, et a membrana Schneideriana, quæ colorem rubrum vel lividum exhibet. Hic mucus sæpe adeo acer est, ut cuticulam narium labiique superioris, præsertim infantum, delapsusque ad ventriculum et intestina tunicam villosam, erodat. Illinc oriuntur nausea, anorexia, sæpe vomitus, et circa præcordia oppressio. Hic, profluvium alvi cum torminibus diris, cui licet in tempus remediis bene accommodatis resistatur, malum denuo regreditur, quod ad compescendum medicus arte solertissima sæpe incassum incumbit. Signa quoque gastritidis vel enteritidis interdum superveniunt; mucusque tantam acrimoniam adhuc retinet, ut, per totam canalem alimentarium delapsus, partes ano vicinas cuticula privet; imo, quidam auctores manum adjuvantis ad virum ex ægri ore abstergendum admotam fuisse ab eo infectam,

affirmarunt. Hoc tamen rarissime evenit. Serpit interdum ad tracheam et pulmones malum faucium; tussi inde excitata, voce raucifona, vel interclusa, cum spiratione difficili et sæpe cum constrictionis in pectore sensu, daturque sæpe neci ægrotus. Sputa interdum haud copiosa, simul cum colore faucium livido, et gangrænae instantis indiciis, exitum persæpe funestum portendunt.

SYMPTOMATIBUS ita se male habentibus, lingua magis fordida et arida fit; sæpe crusta fusci vel nigricantis coloris obducitur, apice marginibusque, qui interdum mundi humidique manent, exceptis. Sitis vehementius urget. Cutis magis aret et ardet. Urina fit profundius rubra. Ventriculus fastidio majore urgetur, et alia quoque symptomata ingravescent. Pulsus magis magisque celeres ac tenues, abnormes, vel tremuli evadunt; vires magis prosternuntur; cerebri functiones magis turbantur; vis nervea opprimitur;

mitur; mentis alienatio crescit; signa putredinis totum corpus pervadunt; oculi languidi caligant; urina, dejectionesque inconscio ægro redduntur; singultus, subsultusque tendinum insuper adduntur; artus extremi frigescent, cum totius cutis sudore gelido; spiritus gravis ab alto trahitur; ægerque his malis accumulatis succumbit, vitam cum morte commutans. Nec via mortis simplex. Nam sanguinis fluxus ex partibus corporis variis sæpe subito ægrum rapiunt, multaque alia mala supra narrata. Sanguis haud raro e naribus vel faucibus, et etiam ventriculo et auribus, stadio morbi provento, provenit; sæpe menses mulieribus superveniunt, quibus antea ignoti fuerant, vel maturius quam provenire solent, licet periodus justa jam longe distat.

HÆ sanguinis emissiones crisin faustam haud efficiunt, et e faucibus vel naribus erumpentes, a tunicis vasorum ab ichore virulento erosus proficiunt.

Si æger sanguine amisso superstes fit, symptomata mala ingravescent, viresque ejus adeo dejiciuntur, ut ad sanitatem tardius redeat.

MORBUS, de quo tractatur, sæpissime cursum funestum celeriter conficit, haud raro intra horas viginti quatuor, sæpe quadraginta octo, sed plerumque a quarto ad sextum diem. Apud medicos plerumque creditur, ægrum ab omni periculo instante evasisse, si modo nono die superfit. Res tamen semper haud ita se habet; namque post paucas septimanas, a debilitate sola, sæpe cum febre hectica, viribus morbi diuturnitate penitus absumptis, extinguitur vita.

MANIFESTAM crisin nullam hic morbus agnoscit, nec eliminatio insignis peccantis materiæ alicujus exitum felicem præcurrit. Proculdubio quidem, morbo jam discedente, ut fieri in typho aliisque morbis acutis solet, aliquando sedimentum copiosum urina deponit,
vel

vel sudor benignus per cutis universæ spiracula prodit. Defunt hæ plerumque vel aliæ evacuationes crisin significantes.

HAS excretiones præter solitum auctas pendere ab actionibus fecernentibus, atque morbum vel natura vel arte jam esse victum ostendere, verisimile est. Quum morbus exitum felicem habet, signa ad salutem, a primo fere ad diem quartum, usque ad sextum, vel etiam ferius, occurrunt ordine sequente; universa eruptione jam perfecta, signa febrilia remittunt; functiones cerebri et ventriculi redeunt; æger placido somno fruitur, ex quo refectus expergiscitur. Rubor cutis evanescit, escharæ in faucibus sitæ cum excreatione copiosa decidunt, ulcera latentia munda relinquentes, quæ cito sanescunt. Massulæ mucii putridi sanguine admistæ sæpe excreantur; tumor externus subsidet; oculi renident; ac morbus brevi omnino decidit cum desquamatione cuticulæ,

ticulæ, ac sæpe anasarca, interdum tumoribus glandularum diuturnis.

MORBUS hicce, ut supra notatum est, gradu, numeroque, signorum ac forma longe variis, epidemice grassatur, ac nonnulli casus specie a cæteris valde diversa stipantur; quamobrem descriptionem signorum, quæ cuique exemplo conveniunt, instituire difficile est. Symptomata solummodo, quæ sæpissime in conspectum veniunt, designare satis est. Quare signa in epidemicis quibusdam, quæ, sub forma scarlatinæ anginosæ proprie dictæ, plerumque apparent, monstrare conabor; eaque maxime, quæ justum discrimen inter hanc formam et illam supra memoratam et methodum mendi cujusque propriam annotant.

QUANQUAM rarissime evenit morbum sub forma scarlatinæ simplicis, uti Sydenhamius depinxit, epidemice invalescere, forma tamen multo leviore, quam supra narravimus, haud raro

raro occurrit, atque ab illa tam in symptomatibus ei propriis, quam in curationis indicationibus, longe discrepat. Porro, eventus ejus plerumque felicissimus est.

JAM ab initio morbi signa febrilia multo minus sæva tardius invadunt. Defunt anxietas, circa præcordia gravitas ac vomitus, quæ omnia graviter in cynanche maligna strictius ita dicta hominem affligunt; ac cita alvus raro, nisi in infantibus, subsequitur; vires nec tantum nec tam cito dejiciuntur; eruptio coloris coccinei tertio fere die vel tardius erumpit, quo factò febris symptomata levantur, et sæpe æger mox ad integritatem redit. Faucium status magis anginam tonsillarem quam malignam refert. Ac tametsi in faucibus adsunt escharæ hæ juxta superficiem jacent, magis albidæ sunt, nec ad gangrænam adeo proclives sunt, quam in specie maligna. Suppuratione facta, quæ haud raro occurrit, ex ulceribus mundis pus benignum effunditur, quæ

cito sanantur. Inflammatio aliquando gravis est, et deglutitio sæpe multum impeditur, cum acri dolore. Escharæ cito et bene decidunt. E faucibus, et sæpe quoque e naribus, stillat mucus viscidus, satis copiosus, raro admodum acer. Tumor extrinsecus plerumque haud grandis est, ac, inflammatione intus sedata, sæpissime admodum cito subsidet. Pulsus nec tam celeres quam in specie maligna nec adeo debiles sunt, sæpe molles, et aliquanto pleni. Functiones cerebri parum læsæ, ac defunt plerumque signa totius corporis ad putrescentiam vergentis vel gangrænæ localis. Nec anima odorem foetidum edit. Plerumque indicia post eruptionem coccineam leviora fiunt. Pulsus tardiores, firmiores et pleniores evadunt; cutis minus arida fit; sæpe sudor prorumpit; lingua fordida est et madet; fitis ac calor imminuuntur; dolor capitis ac delirium, si adfuerunt, mitigantur, somnus appetitusque redeunt; eodem tempore escharæ faucibus facile egestæ, cum libera mucii excreatione, ulceraque

ulceraque celeriter ad integritatem revertuntur. Tumor faucium extrinsecus et intrinsecus recedit; facultas deglutiendi augetur; ac morbus ita feliciter brevi migrat. Anasarca ac tumores glandularum submaxillarium sequuntur. Si symptomata monstrarem, quæ casus speciei nunc tractatæ graviores designant; quod supra de cynanche maligna positum est repetere necesse esset, adeo ex omni parte consentiunt et quod attinet ad symptomata propria rationemque medendi cuique idoneam, ut discrimen inter hos et illos facere nemo medicorum deprehendere potest.

CAUSÆ.

CAUSÆ quæ homines huic morbo obnoxios efficiunt ex observatione medicorum, qui huic rei incubuere, sequentes sunt, debilitas, irritabilitas et relaxatio totius corporis, sive a natura, sive a morbis originem trahunt. Unde fit, ut

fæminæ magis quam viri, juniores magis quam adulti huic morbo obnoxii sunt; ut et ii qui imbecilliores facti sunt morbis prægressis moribus pravis, pathematibus mentis deprimentibus, quæ mirum in modum corpus debilitant, systema totum labefactant; labores duri. Victus tenuis quoque; aër vitiatus in ædibus, in quas aër liber raro vel nunquam immittitur; effluvia ex variis causis accumulata, contagionem fovent. Unde pauperes quam divites huic morbo magis patent.

Qui robusti sunt, ac corporis fanitate fruuntur, cujuscunque ætatis, vel sexus, hujus morbi haud immunes sunt; si modo contagioni satis objiciantur. Effluvia ex ægroti corpore emanantia, halitu ejus, aëre inquinato vel aliter transmissis, morbum in corpore alieno excitant. Neque mentis humanæ acies deprehendere valet, unde nascatur hæc contagio specifica; quæ sit ejus naturæ; ex quo constet; quantum ejus morbum in aliquo evocare sit necesse; quomodo

quomodo effluvia aliena arcte nexa efficiunt, ita ut eidem ingenium speciale et characterem adhibeant; a quo pendeat forma nunc gravis ac mortifera, nunc levis et innocua. Quæ sit corporis constitutio, quæ morbum foveat vel aliter; quare in fauces modo, modo in cutem morbus irruat; quare primo morbi impetu gravius aggrediatur, ac, licet latius indies serpit, pauciores cæteris paribus intereant; morbo jam declinante, virulentiam penitus deponat. Satis patet regiones humidæ paludosæ, effluvia ex ægris pluribus, in cædibus sine ventilatione, aggregatis congesta contagionis propagationi favere, vimque ejus intendere.

Quod ad causam proximam attinet, quoniam modus quo materia contagiosa in corpore agat minime manifestus est; ita etiam causa, unde pendent morbi symptomata, in obscuro posita est. Non dubitandum est, quin res contagiosa omnia fluida in putredinem prona sæpe

sæpe reddat, vires totius corporis vitales pro-
sternat, et ad fauces et cutem præsertim ir-
ruere tendat.

DIAGNOSIS.

DIAGNOSIS sæpe pars artis medicæ difficilli-
ma est, et in tenebris abdita; semperque postu-
lat, ut medicus ei animum sedulo convertat;
præsertim in morbis acutis, qui cursum peri-
culi plenum celeriter peragunt: nam si forte
medicus de vera via quam minime deflectat,
dum ægroto auxilium affere velit, operam da-
bit manem.

PLURIMI, inter quos eminent CULLENUS ce-
leberrimus, discrimen generis inter anginam
malignam ac scarlatinam, anginosam instituere
conati sunt, et utrique specificam contagio-
nem inesse, crediderunt.

HANC

HANC opinionem fundamento lubrico niti ut credam adducor ex causis sequentibus. Imo, Quia efflorescentia coloris coccinei ulceraque in faucibus sita prævalente hoc morbo epidemico arctissime nectuntur. Rarissime evenit, scarlatinam simplicem proprie dictam sine faucium affectione occurrere. E contrario sub forma etiam lenissima, fauces cynanches malignæ instar magis vel minus afficiuntur. In exemplis speciei malignæ gravissimis eruptio coccinea prodit. In illo casus sunt nonnulli primo præsertim morbi ingressu, in quibus symptomata adeo sæviunt ut satis superque anginam malignam referat. In hoc contra, declinante præsertim morbo, casus sunt aliquot, in quibus signa sic leviter infestant, ut ex omni parte scarlatinam accuratissime referat, faucibus vix ac ne vix quidem affectis. Utrique ratio medendi haud eadem est. Eodem grassanti epidemico, et in eadem domo, ubi complures effluviis ex ægro unico emanantibus objiciuntur, alium

scarlatina

scarlatina simplex cum efflorescentia universa coccinea invadit, alium cynanche maligna virulenta, cum ulceribus faucium gangrænosis, et efflorescentia minima vel nulla.

NIHIL refert, si interdum morbus epidemice serpens plurimos extinguit, interdum perpau-
cos vel nullos; nam res haud aliter sese ha-
bet in morbillis et variolis, quibus inesse duas
contagiones specificè diversas credere a sana
ratione abhorret. Has varietates ex causis si-
milibus pendere verisimile est. Contagiones
duas specificas quidem natura sua toto cælo
discrepantes tam actissime in singulis exemplis
semper conjungi, rationi non consentaneum
mihi videtur. Res tamen in dubio est: ac
minus refert, annon hæc res per se non satis
perspicua in lucem proferatur, quoniam quif-
que casus pro symptomatibus quæ ostundunt
tractetur oportet. Multo magis interest dif-
ferentiam inter hunc morbum et anginam ton-
sillarem studiose instituere. Remedia utri-
que

que opportuna omnino sunt contraria; eaque illi idonea, huic aliena sunt, et etiam exitium aegro cito afferrent.

DIAGNOSIN ex causis remotis signis cujusque propriis deducere oportet.

CYNANCHE tonsillaris jam aetate perfectos, magis quam juniores, sexum virilem quam faemineum, eosque qui habitu robusto, ac temperamento sanguineo praediti sunt aggreditur. Veris tempore invalescit; plerumque a vicissitudine tempestatum subita, frigore corpori admoto, vestimentis solitis dimissis, vel aliis causis externis originem ducit; et eos qui antea hoc morbo laborarunt, omnibus anni temporibus, etiam aestate, saepe aggreditur. Cynanche maligna quavis anni tempestate, saepissime tamen exeunte aestate usque ad hiemem, epidemice grassatur. Omnis casus ad contagionem plerumque referendus est, ex quo fonte morbum originem ducere liquido constat.

D

Unde

Unde fit quando in aliqua regionis parte apparuit cito per populum serpere.

IN cynanche tonsillari, indicia febris omnino inflammatoria raro sæviunt, vires haud derepente prosternuntur, functionesque cerebri haud læsæ manent. Pulsus quoque raro frequentissimi, rarius imbecilli sunt; contra, ut plurimum inflammatio, morbo saltem ingrediente, alterutri tonsillarem sæpe infident, dolor acerrimus vexat, sæpe ad aurem cum tinnitu tendens, facultas devorandi multum impeditur, ac magno dolore stipatur. Qui ægrotat etiam malo faucium exasperanti præcipue animum advertit. In cynanche maligna contra, symptomata omnino aliter se habent; mens ægroti ad signa febrilia evocatur, et escharæ in faucibus, illo non sentiente, gangrænosæ sæpe reperiuntur. In priore morbo maculæ gangrænosæ nunquam sese ostendunt. Haud raro quidem inveniendæ papulæ exiguæ, in suppurationem cito desinentes,

tes, ulcera exigua, munda, parum serpentina, quæ celeriter fanescunt, reliquentes, anginae malignæ valde abfamilia.

REMEDIORUM effectus in morbis diverſi dignoſin præbent. Quæ humores corporis ſubtrahunt, vimque generis ſanguiferi deprimunt, ſicut ſanguinis miſſio, vel alvi purgatio, altero morbo laboranti ſubveniunt; febrem ſignaue inflammatoria coercent, atque hominem sæpe cito morbo liberant. Hæc remedia contra altero laboranti perniciem afferunt, vires labefactant, febrem vehementius accendunt, totum corpus faucesque ad putreſcentiam gangrænamque proclivia efficiunt, totumque hominem in præceps periculum jaçant, vel etiam tollunt.

INTER hunc morbum et illum, notam qua dignoſcatur ſpecies ſanguinis emiſſi exhibet; ſanguis in cynanche maligna emiſſus ſuperficiem ſubflavam, vix tenacem, facile lacerabilem,

et gelatinis instar ostendit: in angina tonsillari contra superficiem coriaceam albam, tenacem atque firmam crassam. Finis quoque utriusque ad dignoscendum adjuvat: in posteriore enim morbo faucium malum vel brevis descutitur, vel suppurat, nullis ulceribus relictis; in priore in escharas vel gangrænam ferpentem difinit.

UBI adhuc locus dubitandi, eruptione coccinea sese offerente, haud amplius ambigitur. Forte quidem in cynanche tonsillare eruptiones prodeant, hæ tamen cursum minus æquabilem agnoscunt, et inter has et coccineam notare discrimen haud difficile est.

DISCRIMEN tamen haud semper adeo apparet; morbus enim, de quo agitur, sub forma leviori, initio saltem, speciem inflammatoriam satis refert; verumtamen plerumque efflorescentia aliaque signa facile eum fecernunt. Ubi res in dubio versatur, discernere minus ita refert,
ut

ut lædentibus abstinendo ac potius remedia, ad speciem malignam accommodata adhibendo parum vel minime nocetur; etenim remedia, quæ vim cordis arteriarumque, et totius corporis vires attollunt, auxilium præstantissimum suppeditant, ac si forte alteri præscripta tantum efficiunt ut inflammatio faucium in suppurationem definat.

ANGINA trachealis hoc morbo confundi haud potest; signis illis propriis facile alius ab alio fecernuntur. Aliquando quidem mox ab anginæ malignæ invasione inflammatio faucium ad laryngem serpit, ibique cynanchen trachealem excitat, quæ ita superaddita signis suis prompte cognosci potest. Stadio morbi provectiore, a mucò vitiato laryngis membranâ inquinante, cui gangræna supervenit, magis pertimescendum est, nam haud raro celeriter ægrotum dat neci.

FACILE dignoscatur hic morbus ab apthis quæ infantes præ cæteris infestant, et formam crustarum

tarum, lactis coagulati instar, affumunt, et linguæ tumidæ in margines per totum os serpentes, abrafæ cito renascentes, astringentibus facile cedentes, incidunt cum febre synocha levi.

INDICIA, quæ hunc morbum ab gastritide erythematica monstrare certe supervacaneum est. Virus e faucibus quidem ad ventriculum delabitur, ibique inflammationem accendit, cui sæpe gangræna supervenit, ut in cadaveribus conspicitur.

PROGNOSIS.

Ur sibi famam et conciliet et suffulciat prognosin justam instituere maxime medici refert.

AB ætate et constitutione ægroti, epidemici ingenio, maximeque a signis morbum comitantibus, prædicendum est. Adulti constitutione robusta, minus quam juniores habi-

tu debili, periclitantur. Ubi morbus epidemice valens signis putridis, vel gangrænoſis, curſum cito peragere minatur, multo magis pertimeſcendum eſt, quam ubi res aliter ſe habet.

QUONIAM in quovis epidemico haud deſunt caſus nonnulli inter ſe multum diſcrepantes, et morbus haud raro adultos corpore ſaniſſimo gaudentes miſerrime infeſtat, a ſignis manifeſtis maxime augurandum eſt. Quæ bona quæve mala ſint, nunc monſtranda ſunt.

UBI ſigna febrilia ab ipſo morbi initio leniter ſe habent, ac, eruptione plena perfectâ, remittunt, in ſalutem eſt; atque, ſi faucium affectio modica nec gangrænæ proclivis ſit, ſi cerebrum pulmones et larynx parum vel minime ſint læſa, fauſtum quoque eſt. Vel ſi a quarto morbi die uſque ad ſeptimum vel paulo ſerius eſcharæ faucium facile decidunt, ulcera ſana reliquentes, una cum excreatione

muci

muci copiosa et libera ; si lingua madida et munda fit ; si etiam tumores extrinsecus subsident, simulque notæ febriles et delirium conquiescunt, faustissimum est. Ubi somnus et appetitus redeunt, siti ac colore restinctis, cum pulsu tardiore, firmiore et pleniore, tum demum finis morbi admodum felix brevi expectandus est. Contra, si signa febris vehementer sæviunt, nec post eruptionem recedunt, una cum pulsu tenui, debili, frequenti, vel abnormi, cute arida, anxietate febrili gravi, subita virium prostratione, malum est. Si irrumpit ad cerebrum vel pulmones præter ordinem sanguis ; vel si aliter functiones eorum multum turbantur ; si pulmones vel larynx læduntur, malum significat. Malum est quoque, si efflorescentia sub cutem se condit, vel subito evanescit, vel ad lividum colorem vel nigrum inclinatur ; si persistit alvus fluens ; si lingua sordida, fusca vel nigra fit, cum siti non extinguenda. Si aphthæ faucium in gangrænam serpentem ruunt, cum anima foetida,

ac excreatione faniei virulentæ copiosa, vel si sputa deficiunt simul cum colore faucium livido, vel nigricante; si tumor extrinsecus colli pectorisque gravissime ingruit, adeo ut sanguini a capite regredeunti resisteret, vel spiritum intercludere minitetur, maximum vitæ discrimen denunciatur. Tremores, subsultus tendinum, fæces ac urina sine voluntate ejecta, singultus, oculi vitrei, sudor algidus, mortem in propinquo esse significant.

OMNIA supra narrata simul vix unquam eisdem ægroto contingunt. Siquidem in quo omnia hæc sunt de eo actum est; in quo plura ex his occurrunt exitum lethalem ei haud procul abesse eruitur. Verumtamen haud raro evenit ægrum ad pristinam valetudinem in rebus maxime inauspicatis ex improvise redire; contra aliquando, animam recedere ægro, cui paulo ante ejus migrationem indicia recursum ad bonam valetudinem portendere videbantur.

E R A T I O

RATIO MEDENDI.

QUANDOQUIDEM, ut supra diximus, morbus, de quo agimus, sub variis formis apparet, confilia medendi prout hanc vel illam formam induerit, adoptanda sunt.

UBI de scarlatina simplici agitur, ut Sydenhamius et alii eam depinxerunt, "vix altius morbi nomine affurgit" vixque opis medicæ indiget. Haud amplius cavendum est, quam omnia lædentia submovere, ac quæcunque irritationem afferre, efflorescentiam retropellere, vel febriculam intendere, possunt. Quamobrem calor pariter ac frigoris incommoda præcavenda sunt; potus diluentes ad libitum concedendi, ægrum a vino abstinere oportet, nisi id vires exigant; alvum leniter solvere licet. His præfidiis ægrotans cito convalescit.

SIQUANDO

SICUT QUANDO occurrit scarlatina anginosa, cum ulceribus faucium benignis, vel affectione in his partibus anginae inflammatoriae simili, absque gangraenae vel putredinis signis, modo sequente tractari potest. Si notae febriles vehementes saeviunt, haec ope regiminis antiphlogistici compescantur oportet, et etiam a laedentibus omnigenis cura cavendum est. Si gravissimae sunt, cum pulsu duro, pleno et valido, fervore cutis ingente, spiritu gravi, deglutatione difficili, aliisque sanguinis in capite pulmonibusque congesti signis, et faucium inflammatione vehemente, ad sanguinis detractionem et cathartica salina, tuto confugiendum est.

VERUM ab horum remediorum usu summa cura plerumque praecavendum, ne quid mali afferrent, praesertim venae sectio, quae rarissime expedit, nam symptomata inde nascuntur, quae nunquam prodirent, et in periculum vitae aegrotum adducerent. Praestat ut plurimum inflammationem faucium, hirudinibus,

vesicatoriis, vel aliis acribus extrinsecus admotis, coercere. Vomitionem sub morbi initio excitare multum prodest; potus diluentes acidis admittis, fructusque maturos ægroto libere suppeditare oportet. Laxantibus lenibus, vel potius enematibus alvum elicere, utile est. Vino vel cinchona rarissime opus est; atque intempestive adhibentur, si adsunt nec putredinis per totum corpus, nec debilitatis indicia; siquando vero hæc adsunt, commode arcessenda, etiamque necessaria sunt, ad ægri salutem, ut postea dicendum.

UBI morbus sub forma maligna sævit, indicationes curativæ mihi videntur sequentes. *1mo*, Signa febrilia compescere. *2do*, Debilitati totius corporis, et in putredinem, gangrænamque proclivitati obviam ire. *3tio*, Signa quædam urgentia sedare.

1mo, Ex omnium fere medicorum consensu, hæc experientia, ex tempore quo morbi natura

ad

ad lucem se dedit, fatis liquet, evacuationes omnigenas præ cæteris sanguinis plurimum nocere. Quanquam levamen subdolum pro tempore ægro afferret venæsectio, vires dejicit, ac symptomata contraindicantia, quæ plerumque cito succedunt, graviter adauget, adeoque repente, ut vim omnem remediorum eludant, ac sæpissime vitæ spes ad angustias celeriter redigant. Itaque vel ab ipso morbi initio melius est a venæsectione omnino abstinere, et etiam cathartici, quæ pariter nocent, purgatione præter ordinem elicienda, cui natura proclivis est, ac in summas angustias ægrum haud raro perducit, nec malum faucium inde levatur. Multo magis prodest ab omnibus irritamentis, quæ indicia febrilia adaugent sedulo abstinere. Ægrotum in cubiculo amplo et bene ventilato nec in lecto stragulis obrutum decumbere oportet.

PRIMO vel secundo morbi die, priusquam manifesta hujus morbi indicia perfecta sint,
 emeticum

emeticum, quod vim febris frangit, vel saltem compescit (ut in typhode summo cum comodo fieri solet), glandulas faucium emulget et ventriculum fordibus exonerat, exhibere plurimum proficit: vel si vomitio sponte evenit, infuso chamæmeli vel aliis sollicitanda est. Postquam signa morbi atque faucium inflammatio sese manifesta dederunt, vomitionem arte excitare inutile, et etiam noxium foret. Res summi momenti est, prius vinum mature subministrare quam signa debilitatis, putrescentiæ, vel gangrænæ jam manifesta accesserint, quippe quæ aliquando cursum eo celerrime peragunt, principio fortiter obstandum est. Sub initio manu parca, finem versus liberiore adhibendum. Incipiente quidem morbo, ubi adhuc sæviunt signa inflammatoria, vino abstinendum est. Cinchona haud minus commodi ægro præbet, vires cujus experientia fatis superque testabatur, quæ tam necessaria est in morbis ad putredinem vergentibus. Simul cum vino conjuncta maxima copia adhibenda est

est quam ferre ventriculus potest. Pulvis ulla ejus forma melior est, quoniam ejusdem præparata de viribus plus minus detraharunt; ac si ex experimentis repetitis male ventriculo convenire reperitur, alia deinde ac alia forma, vel gratis aromatis adjectis, administrare licet. Si tamen stomachus ei sub qualibet forma abhorreat, vel si faucium malum adeo affligat, ut æger deglutire haud possit, forma enematum satis magna ejus copia dari potest. Si diarrhœam cinchona eliciat, astringentia, qualia gummi kino, catechu, aliaque, hisque nil proficientibus, opium in auxilium arcessendum est. Superficie corporis cinchonam admovere, nugatorium mihi videtur. Quantitas vini et corticis, pro ægroti viribus, ætate, corporis habitu, moribus consuetis, et etiam effectibus, accommodari oportet. Quo magis ægro vires deprimuntur, quo graviora gangræna ac putrescentiæ indicia sunt, eo liberius danda.

QUÆCUNQUE oxygenium præbent ad putrescentiam

centiam compescendam plurimum valent, proinde cervisia tenuis, vel alii liquores acido carbonico saturati, pro potu communi libere bibi oportet. Acida, vel vegetabilia vel mineralia, sitim æstumque maturis haud parcendum. Ægrotans aërem purissimum trahere oportet. Quodcunque ad munditiem spectat sedulo etiam observandum est. Tonica plurima et aromatica hujus consilii causa, præter supra memorata, auctores denotarunt, quorum nonnulla aliquando nonnihil commodi afferunt; ut plurimum vino et cinchonæ omnino cedunt.

Quod attinet ad consilium secundum; mox a morbi accessione, dum adhuc vexat faucium inflammatio, si adultus est qui laborat, hiru-
dines admovere extrinsecus, multum prodesset, vixque etiam juniori nocere potest. Plerumque melius est stimulantia extrinsecus applicare, sicut ol. ammon. camph. faucibus duri panno laneo circumvelatis, quæ fluida ab vasis internis ad externa derivant. Ad hanc rem
pertinent

pertinent quoque vesicatoria mature admota, quæ remedium ad inflammationem compescendam præstantissimum præbent, ac gangrænam ita quodammodo avertere tendunt. A vesicatoriis, quatenus totum corpus stimulantibus, nil commodi oritur. Si crescit tumor externus vel internus adeo ut cibi vel aëris aditum impedire, vel aliter periculum inferre minitetur, ad vesicatoria quam maturime confugiendum est. Post faucium gangrænam hæc remedia fere supervacanea ac inopportuna sunt. Quoniam virus ulcerum in faucibus congestum malum ibi aggravat, et etiam in ventriculum et intestina delapsum eadem inficit, vel ad tracheam et pulmones serpit, gargarismata, ut os totum faucesque bene perluant, sæpissime adhibenda sunt. Qui gargarizare haud possunt, præsertim infantes, qui salivam inquinatam semper deglutiunt, unde diarrhœa enascitur, ope syringis sæpissime indigent. Vapores aquæ calidæ, excreatione e faucibus expedienda, non nihil proficiunt.

eibom

F

ADULTIS

ADULTIS sedulo curandum est ut salivam fordesque expuant, ac ante res ingestas os totum eluant. Nonnihil refert quoque ut æger in latus, capite in pulvinar inclinato, decumbat, ita ut ex ore facilius effluant mucoſa.

3tio, QUOD ad tertium conſilium attinet. Uti vomitus alvique profluvium ſponte ſæpe fiſtunt, nil remedii indigent. Si contra vomitus diutius juſto perſtet, compescendus eſt. Si infuſi chamœmeli vel aliis ventriculum elicere nihil profuerit, aromatica ſicut tinct. lav. C.—Cinnam. C. vel miſturam ex lixiſſima acidoque lemonum inter efferveſcendum, adhibere utile eſt. Si cita alvus ultra modum permaneat, ne vires ægri dejiciantur, aſtringentia cum aromaticis conjuncta in auxilium arceſſenda, vel hiſ nihil proficientibus, opium: acida parcius uſurpanda ſunt, ac non niſi mucilage involuta. Si fanies viroſa in inteſtina inquinata delapſa mali cauſa fit, acrimoniam ejus mucilaginoſis obtundere, medici eſt; dein
modis

modis supra habitis resistere oportet. Quod ad delirium spectat, si signa sanguinis in cerebro congesti conspicua sint, nec jam vires defecerint, hirudines vel vesicatoria capiti admovenda sunt. Caput totum quoque aqua frigida aceto admista lavare commodissimum est, ut vim arteriarum reprimat. Quod si a viribus corporis obrutis, et vi nervea depressa, proficiscitur, vinum ac alia cardiaca remedia sunt præstantissima. Si urgent dolor, inquietudo ac totius corporis molestia, pediluvio, vel saltem morbi finem versus, opio opus est. Languor et animi defectio cardiacis levantur. Si cutis ardeat aliaque signa febris gravis adsint, mistura salina diaphoresin elicere prodest. Si efflorescentia subito evanescat, ac dein superveniant mala symptomata, vinum antimonium tartarizatum, et alia diaphoretica, et pediluvium commoda sunt. Frigus sollicitè vitandum. Constrictio alvi enematibus vel fructibus maturis superanda est. Cathartica etiam lenissima vitanda. Hæmorrhagiæ quam primum sistendæ;

quo confilio styptica, parti unde emanat sanguis, applicanda. Acida mineralia adhibere debemus, atque aëri frigido in cubiculum aditus liber fit.

DR CURRIE affirmat balneum tepidum a gradu 92 ad 96 caloris in plurimis scarlatinae casibus post eruptionem coccineam perfectam, se eventu felicissimo adhibuisse.

DR GERARD quoque affusionem aquæ frigidae cum summo commodo in quibusdam hujusce morbi exemplis priusquam efflorescentia coccinea prodierat, prima morbi accessione, tentavit.

MEDICORUM aliorum experientia idem nuper confirmavit, ac, pericula hujusmodi ulteriora instituenda esse, hortatur. Ad morbi progressum, aëri statum, cutis calorem, animum attendere certe medicum oportet, ut idem
auctor


auctor celeb. de hujus remedii in febris usu differens, monuit.

Si tumores glandularum in suppurationem vergunt, cataplasmata applicanda sunt, ac quum primum abscedunt, pus ope scalpelli emitti potest. Anasarca vel aliæ intumescentiæ aquosæ diureticis ac catharticis plerumque facile cedunt.




DE CYNANCHI MALIGNI

antheras de hujusmodi in febris illi
clausis, moribus, etc. etc. etc.
si tumores abducat in suppuratum
verunt, cetera sunt, etc. etc.
cetera sunt, etc. etc. etc.
Anataca vel alia tumores
apud, etc. etc. etc.
etc. etc. etc.



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
1850



DISPUTATIO MEDICA
IN AUCURALIS

HUMANI CORPORIS TEMPERIE
MUTATIONIBUS

1788

AVRANTIS JACOBI WILHELMI
Et Auctoris, Reverendi, admodum Viri
D. GEORGI BAIRD, S.S.T.P.
ACADEMIÆ EDINBURGENSIS PRAECEPTI

REGIUM
Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, et
Solemnium FACULTATIS MEDICÆ Decreto

DIO OTTAVIO TOROIS

COMMISSIO IN MEDICINA HONORARIA AC PRIVILEGIUM
ALTE ET LEGITIME CONSERVANDI

EXPOSITUM EXAMINANDUM

THOMAS CLARK

AGGREGATUS

CHIRURGUS

REGIUM

REGIUM REG. MEDIC. ET CHIRURG. FACULT. EDINBURG.
EDINBURG.

Ad diem 24. Julii, hora forensis solent

The subject of this dissertation is the change of temperature of the human body, and the manner in which it is affected by various causes. It is divided into three parts: the first treats of the natural temperature of the body, the second of the causes which alter it, and the third of the effects of these alterations. The author has endeavored to give a full and accurate account of this subject, and to show the manner in which it is affected by various causes, and the effects of these alterations. He has also given a full and accurate account of the manner in which the temperature of the body is affected by various causes, and the effects of these alterations.

EDINBURG.

WILLIAM BALCANQUHORN, PRINTER.

1788